Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Grates et gratia sic distinguuntur gratie deo aguntur
grates hominibus ~~vnusus~~
Gratia sit xpo grates
referuntur amico
Gratuite et gratuito idem
signat scilicet gratis vel sine
remuneratione et sunt adverbia
qualitatis
Gratuitus ta tum i gratis
sine precio datus
Gratus ta tum dicitur gratis
seruans grossus accep-
tabilis vel acceptus placitus
memor beneficii comprobatus
iocundus delectabilis
Griphes phis sic dicit
ysidorus alis est pennatum qua-
drupes omni parte corporis
leo alis et facie aquilis
similis equis vehementer in-
festat et hominibus et adeoque
quod equitem armatum cum
equo in sublime rapiat
Grossus si est ficus immatura
inabilis ad edendum et propter
sunt ficus primitiue que a
pulsu venti facile cadunt
Gumphus phi in generis
dicitur vinculum iuncta siue
iuncto conglutinato cathe-
nato aliquorum corporum
Gurges itis in generis dicitur
profunditas aque vel illa pars
aque vel plus cum impetu
vadunt potest tamen sepe pro mari
Pap dicit quod gurges est
locus verticulosus in flumine
altus profundus vorago fos-
sa lacuna parabium
Gurgito as me corrupta
dicitur vorare vel implere
verbum actiuum est
Gurguleo sic dicit ysidorus
a gutture nomen trahit
cuius meatus ad os et na-
res protenditur habens viam
qua vox ad linguam trans-
mittitur ut possit verba
collidere ita habetur Ethymologiarum
vndecimo
Gurgustium tii dicitur vas
vimineum in quo reseruantur
pisces capti sic et nuncu-
pantur piscatorium
rethe sic pap dicit
guttu antrum sectum an-
gustum locus tabernorum
tenebrosus vbi conuiuia